NOBILISSIMO VIRO
CONSTANTINO HUGENIO
A Zuylichem Equiti

Godefridus Wendelinus. S.

Quod postremum te affatus VIR NOBILISSIME magno serio commendabam, vt Loxiæ mei de integro recudendi pars esse velles, subministratâ alicunde Byzantij latitudine ad scrupulosas minutias, et quas ego odoratus sum grad. 43 - 18 - 45'' vt Pera sit in 43 - 19' ; siue id adeo ab ipsomet illic Legato vestro arcesseres: hoc verò idem nunc impensiùs aliquantò postulo, et per eum qui hasce tibi deferet, quid eius vel curatum sit, vel curari cœperit transmitti rogo. Fors erit etiam vt in orbis terrarum Compendio Batauiâ illâ vestrâ sint qui curiositati huic tibi facient satis si iubeas; ac tanto bono quam primum mactes sideralem disciplinam; ab hoc fundamento moliendam. Literas hic habes ad amicos alios quas passus fui tibi molestas esse, vt vel inde discas, quàm bonâ fide tibi videri velim familiaris. Si ad me scribes. id facies vel per Tabellarium Hasselensem vel per Leodiensem ad Clariss. virum Woestenradum, vel per Traiectensem ad Decanum Beatæ Mariæ. per hos enim facillimè nanciscar quas præstolabor Tibi VIR NOBILISS.

Herkâ XI Cal. Iannar. 1632

Æternum consecratus
Godefridus Wendelinus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/743

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/743

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/743

NOBILISSIMO VIRO
CONSTANTINO HUGENIO
A Ruylichem Equiti
Principi Arausionis a Consilijs
et Secretis

Hagam Comitis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/743